



1753 86 74
DISSERTATIO IVRIS GENTIVM
DE

FORMA LITTERARVM
CREDENTIALIVM
LEGATORVM 18

QVAM
PRAESIDE

VIRO EXCELLENTISSIMO, CONSVLTISSIMO ET
DOCTISSIMO

D. DANIELE NETTELBLADT

AVGVSTISS. PRVSS. REGI A CONSILII AVLICIS, ET
PROFESSORE IVRIS ORDINARIO
IN ALMA FRIDERICIANA

DEFENDET

EIVS AVCTOR

FRID. IOANN. EMANVEL EISENBERG

STENDALIENS.

AD DIEM MAII MDCCLIII.

HALAE MAGDEB.

LITTERIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI.

Ex libris

De forma litterarum credentialium legatorum



FRIDERICVS REX SVEDICVS
COMITI ET DOMINO
FORMA LITTERARVM
CREDENTIAM

COMITI
DE KAMERKE
D. DANIELI NICKELBLADT
IN ALMA ERIDICIANA
UNIVERSITATE
GRADUATVS

FRID. IOANN. EMANUEL EISENBERG
STUDENTVS
AD DIEM 24 MII MDCCIII

DOMINVS ET ALLEGATI SVI
GRATIOSISSIMO
LITTERIS IOANNIS CHRISTOPHORI HILGERI



ILLVSTRISSIMO
COMITI ET DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO PAVLO

COMITI

DE KAMEKE,

AVGVSTISSIMO PRVSSORVM REGI A
CVSTODIA SACRI PALATII,

DYNASTAE IN PREZEL, TVCHEBAND, PREDIKO,
GRVNO, HARNEKOP, HASELBERG,

CET. CET.

DOMINO ET MAECENATI SVO
GRATIOSISSIMO.



REVERENDISSIMO
COMITI ET DOMINO
DOMINO
FRIDERICO PAULO

COMITI

DE KAMEKE

AVGVSTISSIMO PRVSSORVM REGI A
CVSTODIA SACRI PALATII

DYNASTAE IN BREXEL, TVCHERAND, FREDIKO
GRANO, HARNKOP, HASELBERG

ET. ET.

Videret sine Clementia sua

quibus solent indignis, si

sanctis interuenientibus

um, quo et veniof. kai-


man, decharis, paminispedue la-

DOMINORVM MAIESTATIS SVO

GRATISSIMO



ILLVSTRIS-SIME COMES,
DOMINE GRATIOSISSIME,

 Viderer sane clementia TUA
mihī ipsimet indignus, si
iam praetermitterem, pi-
um, quo TE veneror, ani-
mum declarare, primitiasque la-
borum meorum TIBI offerre. Quid-
ni

ni auderem, pagellas hasce, qua-
lescunque sunt, Illustrissimo no-
mini TVO inscribere, quum ea sit
magnorum animorum indoles, vt et
exigua non spernant tenuique labori
indulgeant, quem grata pietas homi-
num meae fortis, maioribus et dignio-
ribus donis destituta, euergetis sacrat,
eaeque propter, se non prorsus tenu-
em gloriam in illo quaesuisse, sibi
blanditur. Felici rerum nexu me
obstrictum video, Illustrissimo nomi-
ni TVO lucubrationes hasce sacras
facere, quum Maecenatem in TE
suspiciam, diuina prouidentia, quo
meliorem et beneuolentiozem non
pötui sperare, quem semper praefi-
dium et decus meum nominabo.
Maxima TVA, COMES ILLU-
STRIS-

STRISSIME, in me exstant benefi-
cia, quae summo quidem iucundi-
tatis et gratiae sensu me commouent,
sed tamen omnes grates meas supe-
rant, adeo, vt, qui rem experti sunt,
tale exemplum excelsi et munificen-
tissimi fautoris admirati maximo-
pere sint. Nihil mihi superest,
quam vota, quae semper pro inco-
lunitate TVA et pro Illustrissima TVA
gente faciam, quorum summa eo
redit, vt diutissime adhuc diuino illo
gaudio fruaris, alios fouendi, iu-
uandi, qui TE demerendis homini-
bus progenitum laetabundi colunt
atque confitentur. Pergas, DO-
MINE GRATIOSISSIME, homini
bene velle, qui, dum viuet, omni
studio enitetur, ne beneficiis TVIS
vnquam

vñquam indignus esse videatur. Ita
vouet, ita submisſe ſe commendat,

ILLVSTRISſIME COMES,
DOMINE GRATIOSISſIME,

ILLVSTRISſIMI NOMINIS
TVI

Scripti
Halae Saxon.
d. III. Maii
civ. 10 cc. lxx.

culcor et cliens deuotiſſimus
Fridericus Ioannes Emanuel Eiſenberg.

PRO-



PROOEMIUM.



habemus multos, qui introductionem in praxin iuris prae se ferunt exponuntque, libros. Sed, qui hac de re aliquid tradiderunt, scriptores, priuorum negotiis maxime intenti, intra iuris ciuilis sphaeram se continuere, et plerosque tractus latissimi campi iuris gentium incultos reliquerunt, occatamen sua non prorsus indignos. Fatebuntur omnes, iurisprudentiam practicam, quae circa negotia gentium versatur, maximi, saltem non minoris usus esse, illa, quae negotiis priuatis inferuit. Et tamen huic rei non tantum operae, quantum illa quidem meretur, impendi, nemo ibit inficias. Praxi relinquitur, quodcunque praxeos olim nobis opus erit;

A

et

et forsan demum, postquam hac in re decies errauimus, cognitione aliquali superbiemus, quae tamen saepius multo cum incommodo reique publicae impendio acquiritur atque emitur.

Rationes et docentium et discentium in academiis plerumque sic comparatae sunt, ut institutiones ad addiscendum modum, negotia, quae iura et obligationes gentium concernunt, expediendi, partim non tradantur, partim nec desiderentur. Ponamus, facultatem offerri addiscendae praxis, quae legato scitu necessaria est; quotusquisque est, qui illam arripiet? Plerosque saepe videmus, se ad strepitus forenses accingere et pleno gradu ad cancellos iudicii contendere, quibus se solummodo et vnice a fato quodam destinatos esse, credunt. Equidem mihi non sumo, hoc reprehendere, quum

non cuius contingat adire Corinthum.

Hinc vitae forsan certiori victuique prospiciendum et discendum esse magis, quam scholae, lubens concedam. Nemo tamen non videt, ut repetam, utilitatem publicam exigere iure quodam suo, ut et hisce instructionibus, quae ad praxin iuris gentium ducunt, opera nauetur, quae vero nondum adeo ex-culta mihi videtur, ut non in tam vasto tractu loca deserta et inhospitalia passim appareant. Annuit Excellentissimus et Doctissimus Praefes hac in re mihi. Scribit Vir acutissimus in praefatione ad **GODOFREDI BOENIGK** practicam practicatum: „Hoc tantum moneo, non totam iurisprudentiam „practicam istiusmodi libros et praelectiones contri- „nere, quod tamen requiritur, ut cupida legum iuuen- „tus,

„tūs, in academiis ad praxin rite praeparetur. Hic
 „naeus ante omnia emendandus et iurisprudentia
 „practica, in toto suo ambitu sat amplo docenda.
 „Versatur vero tam circa negotia iudicialia, quam ex-
 „tra iudicialia; et negotia iudicialia sunt, vel litigiosa,
 „vel non litigiosa negotia; idemque valet de extra-
 „iudicialibus negotiis, quae etiam l. litigiosa sunt,
 „l. non litigiosa, et quae ad posteriorem classem per-
 „tinent, l. priuata, l. publica, l. *gentium* negotia sunt.
 „De omnibus hisce negotiis itaque in collegiis practi-
 „cis veri nominis agendum esset, et non tantum de
 „iudicialibus contentiosis (*).

Sed ne in hac materia, quam tero, ignorantiam
 vincibilem prodam, et ipsa quasi in patria peregrini-
 nus videar, fateor, omnino multos doctos fuisse viros,
 qui et iurisprudentiae practicae, quae sibi negotia
 gentium proponit, fulgentissimam lucem accen-
 derunt. Quis non cognoscit merita B. TREVERI,
utriusque MOSERI in hisce scientiis? Nomi-
 nabo iam nobilem illam doctrinam de legationibus,
 quae inter alia iuris gentium argumenta splendidum
 sibi locum vindicat, quanta cum laude VIQVEFOR-
 TIVS, CALLIERES, STIVIVS, aliique, quos ve-
 neror, viri illa occupati fuerunt? Aliis tamen quo-
 que quaedam reliquerunt, vltiore expositione ad-
 huc indigentia. Sane, quum nexus nostrorum tem-
 porum frequentissimas induxit legationes: illae dis-
 quisitiones, quae praxin huius partis iurisprudentiae
 gentium pro obiecto habent, et necessariae et valde

A 2

vti-

(*) Cf. quoque celeberrimi MOSERI *Versuch einer Staatsgrammatik*,
 P. III. §. 3.

vtiles sunt. Laudandus proinde et commendandus est elegans ille tractatus, quem celeberrimus SNEEDORF exarauit inscripsitque: *Essai d'un traité du stile des cours* (*). Tradit liber iste, hac in re, sanas et pragmaticas regulas, quae vbiq̄ue lectissimis formulis exemplisque illustrantur, ex litteris procerum actibusque publicis depromptis. Quem me in elaboranda materia, quam frons scripti indicauit, quum specimen aliquod nostrarum lucubrationum academicarum postularetur, non semel aut bis in consilium vocasse, lubenter profiteor. Elegi thema, quod ob nouitatem suam mirifice mihi arrisit. Ipsius tractationis tripartitam diuisionem hic praemitamus, necesse est, vt instituti ratio constet. Primum caput notionem litterarum credentialium legatorum earumque formam in genere sistit. In secundo capite de forma litterarum credentialium, secundum ius gentium naturale agitur. Formam earum, secundum ius gentium europaeum positum, caput tertium exhibet. Vtrum autem haec omnia rite et feliciter exposuerim, id ipse ego diiudicare non audeo; sed potius iudicio beneuoli lectoris submitto. Huius aequitatem spero mihiq̄ue expeto. Quodsi tam blande de me ipse gloriarer, me aliquid perfecti consummatique scripsisse, in ridicula sane virium rationumque mearum versarer ignoratione.

(*) GOTTINGAE prodiit praestantissimus libellus MDCCCL.

❧ * ❧

CAPVT I.

DE NOTIONE ET FORMA LITTE-
RARVM CREDENTIALIVM IN GENERE.

§. I.

Necessè est omnino, vt, qui se legatum praedicat, *Definitio* prober, talem se vere esse. Testimonium, per *litterarum* quod id fit, nuncupant *litteras credentiales* f. *di-credentialia* *ploma legationis*. Quae proinde sunt litterae ad eum, ad *liam*. quem legatus mittitur, datae, quibus legatus pro tali declaratur.

Schol. I. Superfedemus demonstratione necessitatis harum litterarum, quum ad nostrum scopum proprie non spectet. Ius naturale enim docet, admissiones legatorum iure perfecto inniti. cf. *Perill. L. B. de WOLFF Ius gentium* §. 1044. 1045. Si igitur non instruerentur litteris fiduciae personae, quibus negotia publica apud aliam gentem expedienda commissa sunt; facile reipublicae negotiis sese obruderet versutus atque malitiosus quisque, nec rogatus, nec iussus, haec munia suscipere, possetque exinde multum mali in rempublicam redundare. Quantum malorum enim lucri cupido aliaeque eiusmodi machinationes multoties persuaserunt? Quae, vt coarctentur, assertis legati fidem omnino parere debet mittens, ne quid versutiae et malitiae timendum sit. Alias forsàn essent, qui auderent exemplum cuiusdam equitis scotici, nomine DVGLAS imitari. Hic Henricum Gray plerumque se nominabat, et per vagatus multas prouincias Germaniae denique ad aulam colonensem commigrat, seque IACOBI I. regis Angliae legatum ementitur. Ibi commoratus per aliquod tem-

pus et re feliciter succedente, Heidelbergam petit, eandem quoque fabulam ibi lusurus. At scelus hoc tandem detegitur, ipseque poenas diu promeritas dare coactus est. Vid. STIEV. *europaisches Hofceremoniel*, p. m. 237. Quum porro legatus personam mittentis sustineat; hincque peculiaria priuilegia, solemnia, honores et immunitates desideret, quae diuerso, quo splendet et quo eum splendere finit mittens, characteri debentur: omnino opus est, vt diploma legationis qualitatem et legati et negotium, aliquo modo, cuius gratia missus est, referatur (a). Hoc enim illum characterem quodam munit, et principem, ad quem datum est, illius certiores facit, hincque legatum eiusdem protectioni pariter, ac iuri gentium submittit. Alias, si illi, ad quem mittitur legatus, de characterem eius nil constar, non obstrictus est, vt eum suscipiat, nec agit contra ius gentium, si eum aliis priuatis aequiparet hocque modo eum tractet. Violatio officiorum dignitatisque legato debitae iustam praebet causam belli, quae tamen cessat, si mittens neglexit, illum, cui legatus mittitur, certiores reddere, de legatione munerisque illius ratione (b).

(a) ESTOR *de iure poscendi litteras credentiales a legatis*.

(b) IVGLER *de litt. credent. legatorum*.

Schol. II. Litterae credentiales, germanice *Creditiv*, gallice *lettres de creance*, aliis quoque dicuntur *mandatum generale* (a). Sed non confundi debet mandatum cum illis. Nam natura mandati longe alia est; quod magis patebit, si infra §. VIII. discrimen litterarum credentiarum et mandati euoluerimus.

(a) ESTOR *cit. diff. §. VII.*

§. II.

Diuisio litt.
cred. respec-
tu legato-
rum.

Nescimus, vtrum plane ab re sit, litteras credentiales, pari modo, distinguere, quo solent legatos. Docto-

Doctores iuris naturae varias eorum species nos docent, prouti scilicet ratione dignitatis, gentium, negotiorum e. s. p. inter se differunt. Sint itaque litterae fidei ad hanc amiffim determinatae. Differunt proinde litterae credentiales legati primi ordinis ab illis legatorum secundi ordinis. Dantur porro litterae credentiae gentis germanicae, earumque subspecies, litterae credentiales legatorum vel Imperatoris, vel singulorum statuum I. R. G. tantum, vel imperatoris et imperii simul: litterae credentiales gentis gallicae, britannicae, hispanicae, cer.

Schol. Quum privilegia et honores, quibus legati gaudent, non iidem sint, sed eo demum modo mensurentur, qui in diversos eorum characteres quadrat; et tamen in diplomate legationis pro talibus declarentur (§. I.): perspicui facile potest, illud legati characterem stabilire. Ille autem diversus est, vnde et potissimum species legatorum oriuntur: hinc ex hac diversitate qualitatibus legatorum varias litterarum credentialium species deriuare haud dubitauimus.

§. III.

Nominatio et determinatio legati eiusdemque characteris est primarium punctum litterarum credentialium. Vario iure honoris et praecedentiae gaudet legatus; prouti faciem mittentis quasi secum attulit, vel non (schol. §. II.). Litterae credentiales eum ceu legatum declarant (§. I.): hinc in primis indicare debent, quoniam modulo ac pede illum metiri quisque debeat (a).

(a) SNEEDORF *Part. spec. C. I. §. 4. p. m. 169. Id. P. Spec. C. I. Art. 1. §. 17. p. m. 195.*

Schol.

Schol. Consentit nobiscum celeb. MOSER, in iure gent. europ. temporib. pac. Lib. III. Cap. IX. §. 10. p. m. 217. ubi scribit: *Partes essentielles litterarum credentialium sunt 1. denominatio personae legati, 2. characteris eiusdem, et 3. formulae et rogationes consuetae, ut eidem accessus concedatur, integra fides praebatur, et s. p.* Quodsi autem alii contenderent, fidem, quam mittens legato suo in litteris credentialibus expetit, utramque earum facere paginam: facile etiam concedet, determinationem legati eiusdemque qualitatis iam in se continere asserta eorum, et requirere, ut dictorum factorumque, quae nomine mittentis profert, fides ipsi praebatur. Simulac enim de eius characteris certi quid constet, non amplius fiduciam ipsi recusari posse, arbitramur. Interim urbanitatis quoque est, ut, ad quem mittitur legatus, rogetur, illi fiduciam indulgere velit in omnibus, quae nomine mittentis dicit atque peragit.

(a) ESTOR *de iure post. litt. cred. §. III.*

§. III.

Non requiritur mentio specialis causae et negotiorum in litt. cred.

Quum litterae credentiales legato characterem publicum concilient (§. I.) et potissimum qualitatem eius fulciant, vi cuius privilegia iuris gentium honoresque quidam ipsi competunt (§. III. II.): euidentem est, mentionem specificam causae, negotiorum, quae expedienda ipsi sunt, non esse ex primis earum capitibus.

Schol. Mentionem causae fieri debere in litt. cred. quidem non negamus (*Schol. I. §. 1.*), sed sufficit, ut generatim tantum et in foliis, ut ita dicam, allegetur. Nam in istis non datur mandatum legato, finesque negotii non praescribuntur, quos ultra citraque officium eius consistere nequit. Adtingitur tamen aliqua ratio, id quod et natura rei requirit, quae ansam legationi dedit. In quo et celeb. SNEEDORF mihi annuit scribens: -
Si

Si le ministre est chargé d'une affaire particulière, on en fait souvent mention, mais en termes généraux.
l. cit. §. 4. p. m. 173. cf. IVGLER l. cit. §. 2. 3.

§. V.

Litterae, quas legatus congressui legatorum plurimum exhibet, in quibus mittens ei potestatem agendi *inter litt.* permittit, sunt *litterae potestatis*. Differentiam has *inter credent. et et litteras credentiales* facile perspicere possumus, quum *potestatis*. illae legato *plenipotentiario*, ut vulgo vocant (*ministre plenipotentiaire*) (a) dentur, qui ad coetum plurimum legatorum mittitur, qui nomine et auctoritate dominorum suorum, conuenere, negotiorum tractandorum, e. g. pacis concludendae, cursus commerciorum stabiliendi causa, etc. omnibusque monstrantur, necesse est, quorum inter est scire, legatum habere potestatem agendi cum illis. Litterae autem credentiales solummodo exarantur ad aliam rempublicam, l. ad eos, qui clauum imperii tenent (§. I.). Porro litterae potestatis specificè negotium determinant, ad quod tractandum legatus missus est, id quod nec litterae credent. faciunt (§. III.).

(2) IVGLER cit. *diff.* §. VII.

Schol. I. Litterae potestatis dicuntur et instrumentum procuratorium, mandatum publicum, et speciale illis, qui *litt. credent.* mandatum generale appellant, quod ESTOR facit in *diff. cit.* §. VIII.

Schol. II. Differentiam hanc CALLIERES in tractatu: *de la maniere de negocier avec les souverains* Cap. XI. et SNEEDORF P. *spec. Art. I. §. 17. seqq.* p. m. 195. scite adferunt. Posterior sic se, hac de re exprimit: *les lettres de creance ne donnent au Ministre, que le caractère, les honneurs et les privilèges; les pleinpouvoirs lui donnent l'autorité et le pouvoir d'agir.*

B

§. VI.

§. VI.

*Actus ad
omnes po-
pulos.*

Hiscæ scriptis non absimiles sunt litteræ, quas vocant, *actus ad omnes populos*, quæ potestatem legato relinquunt, cum omnibus indistincte rebus publicis, principibus eorumque officialibus agendi et paciscendi; simulque illis inferitur character, quo frui potest legatus. Monere superuacuum est, quomodo a litteris credentialibus differant.

Schol. Conueniunt hæc scripta cum litteris credent. in hoc, vt præter auctoritatem, cum omnibus & singulis, cuiuscunque loci et dignitatis sint, tractandi et concludendi, etiam ministro, vt vocant, characterem constituant, terminisque litterar. cred. vrantur. Id quod et eorum qualitatem formamque adfert SNEEDORF l. cit. §. 20. 21. p. m. 205.

§. VII.

*Quomodo
instructio-
nes instru-
ctiones legatorum.
et litt. cre-
dent. differ-
rant.*

Iam sistit se differentia inter litteras credentiales et *instructio- nes instru- ctiones* legatorum. Hæc sunt regulæ agendorum et concludendorum legato a mittente præscriptæ. Concernunt præcipue determinationem peculiarem negotii, normam agendi sequæ gerendi, cui legatus obtemperare debet. Eiusque sæpe sunt indolis, quæ *secretæ* vocantur, vt cum aliis communicari non debeant, quod necullo modo exigere potest aula, vbi legatus commoratur, si mittens id vetuit. Litteræ autem credentiales semper exhiberi debent, iureque exigì potest earum traditio (§. I. Schol. I.). Licet dentur quoque *instru- ctiones*, quas *publicas* vocant, cuiusuis inspectioni patentes: tamen differunt a litteris credentialibus. Voluntatem enim principis legato præscribunt, quæ autem cer-

certis terminis non ita definita est, ut ne possit, pro re nata, omnibus commonstrari (a).

(a) SNEEDORF l. cit. §. 12, p. m. 186. CALLIERES l. c. Cap. XII.

Schol. Aliis dicuntur mandatum speciale s. priuatum et secretum. ESTOR *de iure pascendi litt. cred.* §. IX, X.

§. VIII.

Instructio legatorum mandatum dici potest, quod *Litterae* nec idem sunt litterae credentiales. In mandato enim *credent. non* negotia aliena conficienda suscipiuntur, modusque, quo *sunt manda-* expediendi debent, limitesque, quibus agendi facultas *tum.* mandatarii circumscripta est, in illo bene exprimi debent (per princ. iur. natur.) id quod autem in instructione, simili modo, fit, in qua et negotia determinantur et cynosura, quam in istis expediendis, obseruare debet legatus (§. VII.): hinc mandatis aequiparari bene possunt instructiones. At uero litterae credentiales de qualitate legatorum testantur, fidemque illis comparant (§. I.) nec mentionem quandam negotiorum legato commissorum, nisi generalem mouent (§. III.): proinde illas mandatum nuncupare non possumus.

Schol. I. Quum in mandato generali mandans de negotiis in folle tantum loquatur, nec certam quandam eorum speciem definiat: quid impedit, quo minus instructiones publicas (§. VII.) nominemus mandata generalia s. publica? Altera uero earum species, peculiarem uoluntatem mittentis circa expedienda negotia, solummodo cum legato communicatam continens, quae non est publicae cognitionis, et

Tu ne quaeseris scire, nefas:
dici potest mandatum speciale.

Schol. II. Sunt qui litteras credentiales mandatis adfciunt, sed an recte? ex nostris adferis apparebit. Nec solumus, qui hanc sententiam fouemus, in qua celeb. IVGLERVM in *diff. de litter. cred. legator.* sequuti sumus. Conf. §. II. not. 2. cit. *diff. CALLIERES l. c. Cap. XI.*

§. VIII.

Differentia inter litteras credentiales et commeatus.

Vt ne in itinere, dum per aliarum rerum publicarum fines transeunt, periculo alicui obnoxii sint legati; quod ab inscientibus eorum qualitatis, illis inferri posset, venia muniantur necesse est, quae eorum personas, homines et vasa omni laesione eximit. Hanc nominant *litteras commeatus*, quae facultatem et fiduciam faciunt, peragrandi alias prouincias in securitate. Hae et litteras credentiales toto, vt aiunt, coelo, inter se distare, videt quisque. Etenim hae posteriores obstringunt solos imperantes, quod respectu subditorum ipsis plane aliud est, quia non alienis praeceptis, sed suis tantum imperantibus obsequi debent.

Schol. Dicuntur et *salui conductus*, gallice *passports*. Conf. SNEEDORF l. cit. §. 23. p. m. 208. CALLIERES Cap. XI.

§. X.

Differentia inter litteras credentiales, commendatitias, reuocationis et recedentiales.

Quae intercedit litteris fidei differentia cum *litteris commendatitiis*, quae illis adiunguntur interdum, et quibus singularem fidem gratiamque, qua legatum amplectitur; mittens significat; *litteris reuocationis*, quibus de reuocatione legati certior redditur ille, ad quem legatus missus erat; *recredencialibus*, vti nominant, quas exarat ille, in cuius aula commoratus est legatus, quibusque testi-

testimonium fert, legatum officiis bene functum esse, iam amplius delinare non volumus.

Schol. Vid. celeb. SNEEDORF l. c. Art. I. §. II. p. 185.

Art. III. §. I. et 18. p. m. 270. et 295. Litterae commendatitiae praecipue dantur agentibus, quos vocant, consulibusque, qui non accipiunt litteras credentiales.

L. B. ab ICKSTATT *elementa iuris gentium Lib. V. Cap.*

IV. §. 12. IVGLER *de litt. cred. §. VIII.*

§. XI.

Facilius nunc erit, vti credimus, *formam* litterarum credentialium intelligere, quae nobis dicitur *complexus* eorum, quae in expeditione litterarum credentialium observanda sunt. *Quid sit forma litter. credent.* Ea vero, quae hic observanda sunt, vel ex notione litter. cred. proxime cognoscuntur et omnibus hisce litteris communia sunt, nec vnquam omitti possunt; vel non, sed per voluntatem gentium ponuntur: priorum complexum *formam necessariam* seu *naturalem*, posteriorum vero *formam arbitrariam* seu *positivam* litterarum credent. nominare audemus.

C A P V T II.

DE FORMA LITTERARVM CREDENTIALIVM, SECYNDVM IVS GENTIVM NATVRALE.

§. XII.

Ius gentium duplex esse, alterum, quod natura, alterum, quod earum voluntas inter ipsas constituit, doctores iuris naturae abunde demonstrarunt. *Transitus.* Duplici proinde respectu iura et obligationes inter gentes, modus-

dasque causas illarum ipsis conformiter expediendi, considerantur; partim quem ius gentium naturale, partim quem positivum determinat. Quae circa legatos versantur, iura et obligationes, etiam hac partitione distinguui debent. Eorum necessitas extra ullam dubitationem posita est. Constituuntur litteris credentialibus, quarum necessitatem in limine scripti praefati sumus. Est ergo aliquid in illis expediendis, quod natura, est quod voluntas gentium praescribit. Videamus nunc, quae secundum ius gentium naturale, ad formam illarum requiruntur.

§. XIII.

Forma litterar. cred. l. ad ius gentium naturale l. positivum pertinet.

Modus causas gentium, iuribus et obligationibus earum conformiter expediendi, quem ex essentia et natura rei cognoscimus, pertinet ad ius gentium naturale (§. XII.) hinc, quam formam litterarum credentialium ex notione ipsarum elicimus, ad ius naturale pertinet. E contrario, quae actiones et confectiones negotiorum, per observantiam, aut per expressam voluntatem inter gentes vigere coeperunt, ad ius gentium positivum referendae sunt; et sic etiam forma litterarum credentialium, quae rationem cognoscendi in voluntate vel expressa, vel tacita gentium habet.

Conf. Excellentiss. PRAESIDIS praecognita erud. univ. Lib. II. Tit. I. §. 6. 7. seqq. EIVSD. syst. iurisprud. natural. §. VIII. prolegom.

§. XIII.

Quae partes ad formam litt. cred. ne-

Litterarum credentialium formam necessariam nobis suppeditavit complexus eorum, quae ex notione illarum proxime cognoscuntur (§. XI.). Hac igitur pertinet,

i. no.

1. nominatio legati eiusdemque qualitatis (§. III.): 2. ro-
gatio mittentis, vt ille, cui mittitur legatus, ei aditum ^{cessariam}
concedat fidemque praebat (Schol. §. III.) 3. mentio ^{referendae.}
generalis causae legationis (§. IIII.). Nam haec omnia
sunt constitutiva litterarum credentialium.

Schol. Eaedem sunt determinationes, quas et SNEEDORF
adfert, P. spec. Art. I. §. 3. p. m. 171. vbi scribit: Les
parties distingués d'une telle lettre sont 1) qu'on-y-fait
une mention generale de l'ambassade, et 2) qu'on prie le
souverain, auquel le ministre sera envoyé, qu'il veuille
ajouter une entière créance à ce, que le ministre lui dira
de sa part, 3) pour le faire jouir de certains honneurs,
il faut aussi exprimer la qualité, dont on l'a revêtu.
Conf. MOSER ius gent. europ. temp. pac. Lib. III. Cap.
IX. §. 10.

§. XV.

Sed §. praeced. non omnia absoluuntur, quae ad ^{Continuatio.}
formam litterarum credentialium necessariam pertinent.
Requiritur enim porro, vt ne 4. ea in expediendis illis
negligantur, quae fidem et probationem faciunt, eas
vere ab eo esse datas, qui nuntium ablegauit. Etenim
ea propter conficiuntur hae litterae, vt ex illis conster
nominatio et qualitas legati (§. I. III.); hincque vt per
eas muneris sui veritas probari queat: ergo apparere
ex illis quoque debet, eundem illarum esse auctorem,
qui legatum misit. Denique 5. exprimi illis debet, ad
quem directae sint; idquod tam certum est, quam quod
certissimum.

Schol. Ex subscriptione magna quaedam probatio peri
potest: hinc optimus modus conciliandi auctoritatem et
fidem litteris credentialibus esse videtur, si ipse mittens
lega-

legatum, nomen suum illis subscribat. Sed tantum abest, ut audeamus asserere, subscriptionem a mittente ipsa sua manu expressam absolute necessario requiri, ut potius arbitremur, etiam pro re nata, ministrum quemdam principis adhiberi posse, pro principe, litteris hisce subscripturnum. De appositione sigilli sic tenendum, eam quoque hac ex ratione vtilem valde, sed tamen non absolute necessariam esse.

§. XVI.

*Quid sint
idioma, stilus,
curialia,
cortesia in
litt. cred.*

Respiciendum omnino nobis ante est, quam progrediamur, ad verba, quibus litterae credentiales componuntur. Huc spectant *idioma*, quod nobis dicitur lingua, in qua conscriptae sunt haec litterae; *stilus*, qui verborum, materialia litterarum credentialium exprimentium, combinatione et dispositione constituitur; *curialia*, quae constant verbis adloquii, partim in inscriptione, partim in loquutionibus abstractis (*context*), partim in subscriptione adhibitis; *Cortesia* (a), sit venia verbo, (*courtoisie*) quae sunt verba in subscriptione obuia, relationem, scribentem inter et eum, ad quem dantur litterae, exponentia.

(a) PVFFENDORF rer. suecicar. Lib. XXIII. §. 8. vocem hanc adhibuit. *Schol.* Materia haec suis nodis intricata est; sed cogitantes de verbis litterarum credentialium, si quid videmus, ad sequentia redigi ea posse autumauimus: *Vel* exprimunt verba litterarum credentialium materialia s. constitutiva, *vel* non. Posterius, dum adsumimus; *vel* sunt verba adloquutionis partim inscriptionis, partim contextus: e. g. *Vout, Vos, Celsitudines vestrae Electorales, Dilectiones vestrae, Caesarea vestra Maiestas, Ew. Kubrfsrsl. und Fürsl. Durchl. und Dieselben, Ew. Majestät etc. vel* verba, quibus locus et tempus, quo litterae confectae sunt, quod

vno

vno nomine datum vocant, exprimitur: *vel* verba, mutuum respectum inter scribentem et eum, cui litterae mittuntur, exponentia: e. g. *vester bonus amicus, bonus consanguineus et amicus, vobisque singulari benevolentia adfectus, amantissimus frater et consanguineus, Votre bon ami, allié et confédéré, cet. vel* sunt verba, quae nomen scribentis, modo simul cum titulis honorum, modo sine eis comprehendit, quae partim in introitu, partim in subscriptione occurrere possunt; quibus quoque adnumerari potest nomen administri, litteris credentialibus, pro principe subscribentis: *vel* sunt verba, quibus nomen administri exprimitur, litteris credentialibus tamen adhuc subscribentis, quamuis princeps nomen iam subposuerit, quae *contrafirmaturam* vocant. Haec credimus lucem aliquam definitionibus in §. ipso adlatis accendere: etenim idioma tribuitur omni sermoni in litteris credentialibus occupatur verbis materialia experimentibus. Curialia vero et cortesiam ad reliqua verba spectant; si discesseris adhuc ab iis, quae *datum*, nomen scribentis et *contrafirmaturam* continent. Monemus autem hic, subscriptionem sumi in latiori significato, cui scilicet adtribuimus 1) partem curialium, 2) cortesiam, 3) subscriptionem vel nominis principis, vel eius, qui loco illius adhibetur, et 4) *contrafirmaturam*.

§. XVII.

Adiungendum tamen et his est, quod de obfignatione, s. appositione signaculi, complicatione et materia, *Quid de his omnibus ius in qua scribuntur litterae credentiales, obseruari debet. gentium naturale requirit?* Nam si consulamus ius naturae super hisce omnibus rebus, illo tantum condocemur, idiomatis et filii solam hic illam esse legem, quae faciat, vt intelligantur litterae credentiales ab eo, cui traduntur. Quod autem ad curialia et cortesiam, ea sic comparata sint, vt ne vllam

contemptus cuiusdam speciem prae se ferre videantur. Subscriptionis denique et contrafirmaturae ea habeatur ratio, quae fiduciam et probationem aliis iniiciat, ut monere nos (§. XV.) meminimus. Cetera, quorum mentionem mouimus, scribenti litteras credentiales relinquenda sunt, quem penes sit arbitrium et ius et norma, quomodocunque adhiberi illa velit.

§. XVIII.

Continuatio, de idiomate in litteris cred.

Quod autem ad linguam s. idioma, quo litterae credentiales conscribi debent, speciatim attinet, ut hic adhuc commoremur; obseruandum est, in quibusdam regnis certam aliquam *linguam status* vigere vel legibus introductam esse, qua imperans et qui summo imperio valent, utuntur in scribendo loquendoue. Quaeritur, utrum ex iure naturali euinci non possit, hac lingua litteras quoque credentiales debere conscribi? Quod quidem non prorsus et vniuersaliter adfirmantes concedimus tamen, in hoc casu saltem versionem quandam linguae illius populi, quocum res agitur, tradendam esse, quam *translatum* vocant. Etenim, quamuis omnes, qui summo imperio pollent, aequalitate quadam inter se conueniant, nec vlla dependentia sibi subiecti putandi sint: ille tamen, cui alia cum gente res est, cuius opem et praesidium rogar, omnibus, quas quisque sibi populis, in tractandis negotiis publicis, constituit, regulis et ritibus obtemperare debet. Contrarium asserens, id vel exemplis, vel pactis hanc ob rem peculiariter celebratis probare tenetur.

Schol.

Schol. Conferri hic debent, quae celeb. MOSER, in eleganti tractatu: *von Hoff-und Staatsprachen*, habet, et cum primis Cap. I.

§. XVIII.

Est itaque secundum iurisprudentiam gentium naturalem forma litterarum credentialium simplicissima. *Quomodo forma com-*
Si characterem et personam legati determinaueris, si, *parata est*
cum allegatione generali causae fiduciam illi expetieris, *litter. cred.*
omnia adhibuisti earum requisita. Qui ordo in conscribendis illis debeat obseruari, sit penes scribentem *secundum ius gentium naturale?*
Ignorat ius gentium naturale praecedentiam gentium, *naturale?*
suntque potius secundum illud omnes gentes inter se aequales: hinc fugit quoque titulorum pompas et firmata, submissionesque, quas diuersitas potentiae et relationum hominum inuenit, quamuis tamen signa amoris mutui et honoris, ad quem sibi inuicem exhibendum, obligatio saltem imperfecta adest, requirat.

Schol. Conspirant cum nostris propositionibus, quae Excellentiss. Dnus PRAESES in *system. iurisprud. natur.* Tom. III. Lib. II. Tit. III. §. 27. habet: *Dantur variae gentium causae non litigiosae, in quarum expeditione varia obseruanda, veluti - - si legatus litteris credentialibus instruendus - Quae vero hic speciatim obseruanda, omnia redeunt ad formalia et caerimonias, quas non leges naturales, sed potius usus et obseruantia determinat. - -*

CAPVT III.

DE FORMA LITTERARVM CREDEN-
TIALIVM, SECVNDVM IVS GENTIVM
EVROPAEVM POSITIVVM.

§. XX.

Transitus.

Reliquum est, vt de forma litterarum, quam ius gentium positivum determinat, s. arbitraria (§. XI. XIII.) dicamus. Omne hic tulit punctum, qui ad id potissimum respicit, quidquid vel expressa populorum voluntas, vel usus, vel decorum gentium (a), quod constat moribus, qui non abierunt in obseruantiam, nec in consequentiam trahi possunt, hac de re constituerint. Quid enim titulorum, terminorum aliarumque rhetoricae aulicae figurarum ibi adnotaueris, id omne concedas arbitrio eorum, qui hisce rebus sibi et aliis velificauerunt, quum maximam eorum partem exulare ius naturae iubet. Sed proposuimus nobis tantummodo illa omnia commentari hoc modo, vt attendamus ad id, quod in genere gentes europaeae voluerunt, vt obseruetur in litteris credentialibus. Specialiori eorum disquisitione enim supersedeamus, praecipit institutum nostrum, et temporis angustiae et materiae copiae accommodatum. Dabimus tamen operam in capite hoc, vt singula, quae in litteris credentialibus notari debent, moneamus.

(a) Conf. quae Consultiss. Dn. PRAESES in dissert. de coronatione eiusque effectibus, inter gentes §. VII. seqq. de hac re adtulit.

§. XXI.

Praecipua hic ratio habenda est differentiae inter *Differentia litteras cancellariae (lettres de chancellerie s. conseil, Kanzlei- inter litteras schreiben)* et *manus (lettres de Cabinet, Handschreiben)* quarum

rum partitio duplex est, altera si integras eas con-
 scripserit princeps ipse manu sua: (*eigenhaendige Schrei-* *cancellariae*
ben) altera, si ab illo, qui principi a secretioribus episto- *et manus.*
 lis est, confectae, et subscriptae duntaxat sunt a principe.
 Comprehendunt priores s. litterae cancellariae totum
 ambitum titulorum terminorumque honorificorum, sed
 non posteriores s. litterae manus (a). Dignoscuntur
 vero cum primis per numerum, quo de se loquuntur
 terrarum domini. *Pluralem*, quem vocant grammatici,
 nimirum adhibent in litteris cancellariae; *singularem* vero
 in litteris manus. Illae dantur plerumque ad aequales
 et inferiores, suntque testamen aequalitatis vel praecedentiae
 scribentis; hinc anxie ad id respicitur, ne quid
 alteri largiantur mittentes, quod aliquando ipsorum digni-
 tati officeret. *Hae* autem ad superiores dignitate scribun-
 tur ab inferioribus, et ad illos, quibus singularem quem-
 dam fauorem amoremue declarare volunt. Sunt erga
 superiores indicium obseruantiae, erga inferiores indi-
 cium prolixae et bonae voluntatis (b).

(a) Conf. MOSERI *Einleitung zu den Kanzleischaeften*, p. m. 355.

(b) SNEEDORF l. c. §. 8. pag. 56. et 182.

Schol. Quum magnum discrimen litteras cancellariae inter
 et manus per caerimoniale et titulos honoris constituatur:
 haud ab re esse videtur, eorum differentiam hic adpo-
 nere. Sunt scilicet 1) *praedicata summae potestatis et*
independentiae, v. g. formula consueta: *Dei gratia, par*
la grace de Dieu, 2) *praedicata qualitarum et conditionis*
personarum, v. g. loquutiones istae coneretae, *Imperator,*
Rex, Elector, Dux etc. et loquutiones abstractae, *Maje-*
stas Imperatoria, Regia, Serenitas etc. 3) *Adiectiua*
honoris, quae apponuntur titulis qualitatis, v. g. *Sere-*
nissimus, Potentissimus, Celsissimus, Illustrissimus, 4) tituli
 C 3 regno-

regnorum et prouinciarum, 5) tituli exponentes aequalitatem principum, cum suis epithetis, v. g. *Amicus carissimus, bonus* cet. 6) tituli indicantes dignitatem et relationem, v. c. inter aequales, *frater, soror*, et inter dignitate inaequales, *consanguineus, auunculus, nepos* cet. 7) praedicata, quae expriment gradus cognationis et adfinitatis. e. g. *pater, mater, frater, soror, adfinitis*; vbi et spiritualis cognatio inter Romano - Catholicos obseruatur (cf. MOSERI *kleine Schriften Tom. I. tract. III.*) his quoque adiungi potest titulus compaternitatis (*Gevatter*), 8) tituli nexus cuiusdam specialioris inter respublicas, v. g. *Vicini, socii, confederati, Allii, confederes*. 9) Denique praedicata peculiaria et propria diuersis principibus, e. g. *inuincibilis, semper Augustus, Catholicus, Christianissimus*, cet. Conf. SNEEDORF l. c. §. II. p. 57.

§. XXII.

Diuisio litterarum credent. exinde deducitur.

Ex iam adductis possumus nouam distinctionem litterarum credentialium deriuare; nonnullae ad litteras cancellariae, aliae ad litteras manus accenferi debent.

Schol. In Gallia duplicis huius generis litterae credentiales vlu venerunt; alterae, quae assimilari possunt *litteris cancellariae*, quasque dicunt *lettres de cachet*, expeditae et contrafirmatae a Secretario, vt vocatur, status, externa negotia curante, alterae, quae *litterae manus* dicuntur, (*lettres de la main*) conscriptae a Secretario intimo et subscriptae manu regis. Redduntur hae vt plurimum, in primo priuato accessu, quem princeps legato concedit, sed illae in auditorio publico, CALLIERES l. c. Cap. XI.

§. XXIII.

Quid sit saluatio in litter. credent.

Pertinet saluatio, quae est alloquium cum voto, l. oblatione studii vel officii, quae omnes titulos honoris mittentis aequae ac eius, ad quem datur epistola, comple-

plectitur (a), ad formam litterarum cancellariae (§. XXI.), hinc etiam ad litteras credentiales, quae inter eas referuntur (§. XXII.). Et quum obseruantia receptum sit, scribentis nomen ac titulos praeponi illius nomini, ad quem litterae reddendae sunt (b), hoc quoque in litteris credentialibus fieri debet. Post sequitur *vocatiuus adloquutionis*.

(a) SNEEDORE l. c. Cap. II §. 2. p. 43.

(b) MOSERI Staatsgrammatick P. 1. Cap. VI §. 16. Vbi sic de ista agit: Was denn noch die Ordnung betrifft, welche zwischen grossen Herren in Setzung ihres Namens und Titels beobachtet wird, so ist forderst richtig, dasz der Name des Höhern dem Namen des Geringern jederzeit vorangesetzt wird - - - Da aber die Könige unter sich gleichen Ranges sein wollen, wenigstens darinnen noch nicht einig sind, so entsteht über die Art und Ordnung ihre Namen zu setzen, auch zuweilen Streit. Das sicherste und gewöhnlichste Mittel denselben beizulegen, ist dieses, dasz ein souverainer Prinz seinen Namen in demjenigen Instrument voransetzen laest, welcher dem andern pacifizirenden Theile ausgeliefert wird, vvoegen man von dieser Seite ein gleiches hinwiederum beobachtet.

Schol. Disceptatum interdum fuit de hac praecedentia tituli scribentis. Sic aegre tulit cancellarius reipublicae Poloniae Leszinski, in litter. credent. a rege Sueciae Carolo Gustavo, a 1654. ad regem Poloniae missis, praemissum esse nomen regis Sueciae. Sed huius legatus hoc, obseruantia quadam, quae in Suecia dudum viguisset, excusauit. Vid. MOSER, *Abndung fehlerhafter Schreiben*. Admittitur autem saluatio praecipue, si litterae latino idiomate, vel etiam germanico exaratae sunt. E. g. Nos Dei gratia Rex (Tit.) serenissimo et potentissimo Principi et Domino N. N. eadem gratia Regi (Tit.) Fratri, Amico et Consanguineo nostro salutem. Hanc salutationem excipit *vocatiuus adloquutionis*: Serenissime et potentissime Rex, Frater et Amice carissime. Nam si gallice conscriptae sunt, saluatio omittitur et inchoat statim *vocatiuus*

tius alloquutionis, v. g. *Très haut, très excellent et très puissant Prince, notre bon Frere et Ami.* Haec, quae dicta sunt, obseruantur inter proceres sibi aequales. Quodsi enim litterae credentiales scribuntur ad inferiores dignitatis, saluatio quoque negligitur et initium fit per titulos scribentis, id quod Imperator scribendo ad ordines vniui Belgii, et Rex Galliae ad pagos helueticos faciunt: e. g. *Louis par la grace de Dieu, Roi de France et de Navarre, très Chers, grands amis, alliés et confédérés.* Qui inferiores sunt iis, ad quos litteras dant, e. g. principes minores, respublicae regibus scribentes, omittunt salutationem, vel ponunt illam post uocatiuum alloquutionis; remittendo demum suos ipsorum titulos ad calcem totius epistolae; e. g. *Seuissime et potentissime Rex, Regiae Maiestati Vestrae salutem dicimus et operam nostram, in omni officiorum genere paratissimam, conferimus, Domine consanguine et Affinis colendissime.*

§. XXIII.

Quinam tituli honor. in salutatione adhibendi.

Adhibenda ergo in salutatione litterarum credentialem, quae in cancellaria expediuntur (§. XXII. XXI.), 1) praedicata independendiae et summae potestatis, 2) tituli qualitatatum et dignitatum personarum, 3) tituli regnorum et potentiae, 4) adiectiua honoris, 5) termini aequalitatem exprimentes, 6) tituli indicantes dignitatem et relationem principum, 7) termini exponentes gradus cognationis, nexus et amicitiae inter principes et 9) tituli proprii et peculiare quibusdam principibus (§. XXI. Schol.).

Schol. Formulam: *Dei gratia, par la grace de Dieu,* quam titulis suis praeposunt principes, nulli alii concedunt reges in litteris credentibus, nisi qui eadem dignitate gaudent, ipsisque aequales sunt. Utuntur hoc praedicato primum de semetipsis, et post repetunt illud nominando

nando alterum, ad quem scribunt: e. g. N. N. *Dei gratia Rex* - - *serenissimo et potentissimo Principi, Domino N. eadem gratia Regi* - *salutem cet.* Tituli qualitarum et dignitatum, dum in salutatione & conclusione erga alios adhibentur, singularem quandam reuerentiam declarant scribentis erga illos. Quare utuntur illis plerumque inferiores scribendo ad superiores ipsis dignitate; quod non idem faciunt sibi inuicem aequales. Id quod confirmat SNEEDORF l. c. §. 14. p. 59. *Dans l'inscription et la conclusion ils (les titres d'Empereur, de Roi etc.) sont une marque de respect.* - - Coniunctis titulis relationum et graduum, saepenumero faceta quaedam et contradictoria combinatio exoritur, quum interdum vna eademque persona filius, cognatus, affinis, auunculus, frater et compater nominetur. Exempla talium subscriptionum adfert MOSER in *Versuch einer Staatsgrammatik*, p. 93. De titulo *compaternitatis* monet celeb. MOSER, illum, si adhibetur, omnibus semper titulis aliis in alloquutione postponi. Cf. *Eiusd. kleine Schriften Tom. I. p. 345.* Tituli proprii: *Christianissimus, Catholicus*, quibus fulgent Reges Galliae et Hispaniae, ab aliis quidem illis conceduntur, sed ipsi hoc modo in scriptis a se datis, se non nominant. Sunt tamen quoque praedicata propria, e. g. *semper Augusti, defensoris fidei*, cet. quae etiam de se ipsis loquentes adhibent principes.

§. XXV.

Nominationem legatorum et determinationem *Nominatio* eiusdem characteris in litteris credentialibus, iam inter *legati et* praecipuas ipsarum partes retulisse nos meminimus (§. *characteris* III). Est ergo nobis et hic, de illa re agendum, *an insitui* tim, quia ius gentium naturale illam iam postulat et ad *debeat in* formam necessariam numerat (§. XIII): partim, quia *litt. cred.* *secund. ius* requisitum hoc nouum robur idque fortissimum ex iure *positiuum* *gen-* *gent.*

D

gentium nancisci videtur. Secundum illud enim necesse est, diuersa iniiciatur mentio qualitatis legati, quae ex diuersa, qua mittens eum condecorauit dignitate originem trahit, sitne scilicet legatus primi, an secundi ordinis, quemadmodum vel caractere repraesentatio speciali, vti loquuntur DD. iuris naturae, gaudet, vel non (a). Voluit nimirum ius positium europaeum gentium, vt legati pro qualitate hac varia, variis quoque priuilegiis et iuribus fruatur.

(a) Cf. Excellentiss. DN. PRAESID. *Elem. iur. natur.* §. 1205.

Schol. Moris olim fuit, vt, designando characterem legatorum, variis formulis vterentur, e. g. quando legatus primi ordinis, quem *legatum* vti *εξοχην* (*Gesandten, Ambassadeur*) vocant, ablegaretur, scribi solebat: v. g. *Velit vestra Majestas legatum nostrum sic excipere, quasi nos ipsimet venerimus, qui etiam illi potestatem concessimus, omnibus iuribus et praerogatiuis utendi, in rebus quibuscunque, quae nostra intererunt.* Eur. - - *wollen diesen unsern Minister gleich uns selbst auf und annehmen, wie wir ihm dann die Macht ertheilet, sich aller uns zustehender Praerogatiuen und Gerechtigkeiten zu bedienen.* In litteris fiduciariis legati secundi ordinis, qui *ablegatus* (*Abgesandter, Envoyé*) dicitur, rogabatur, vt *fides* illi praeretur, quaecunque relaturus esset, quasi ipse princeps mittens dixerit. E. g. Eur. - *wollen ihm in allen, was er vorbringen wird, gleich uns selbst den vollen Glauben beimessen.* Et hoc pacto de residentibus, vti vocantur et de illo, qui est ab epistolis legato s. legationi, mentio mouebatur (a). Sed nostris temporibus omnes hae determinationes certum et stabilem significatum acceperunt, et nullam reperies aulam europaeorum gentium, vbi eorum discrimen non fixum esset et stabilis. Abstinent proinde hodie ab hisce verborum circuitibus, qui saepius rem

rem obscuriorem minus certam efficiunt, et solummodo singulas denominationes siue titulos exprimunt: *Ambassadeur, Envoyé, Resident ect.* quorum significatus nemo non intelligit. Sic et breuitati magis studetur et cuitatur confusio, quae ex tam verbosa nec satis accurata descriptione characteris diuersi legatorum facile oriri potest.

- (a) ESTOR l. c. §. 15. seqq. IVGLER l. c. §. VII.
 (b) MOSER *lus gent. temp. pac. Lib. III. Cap. I.* SNEEDORF *Part. Spec. Cap. I. Art. I. §. 5.*

§. XXVI.

Non opus est quidem expressione specifica causae *Laudatio* legationis (§. III.), verum si ad singulare quoddam nego-*causae an* rium v. c. ad reconciliationem restituendam inter duas *requira-* respublicas belligerantes, mittitur legatus; huius rei *tur?* quidem mentio, terminis tamen generalioribus fit (a). Verum optime et hic docuisse videtur, qui bene mentionem legati ordinarii et extraordinarii distinguit. Quodsi enim posterior ablegandus est, semper specifica causae laudatio adiungi debet, quia legatus extraordinarius peculiariter ad hoc l. illud negotium mittitur, quod proinde ad maiorem probationem omnino moneri debet. Ex opposita autem ratione apparebit, adhiberi non posse specialem expositionem causae, vbi legatus ordinarius mittendus est, in genere negotiis publicis mittentis functurus.

- (a) SNEEDORF l. c. §. 4. §. p. 112. seqq.

Schol. Quaeritur etiam, vtrum allegari debeat, legatum instructum esse litteris potestatis (§. V.) et quo se conuerti debeat? At, quum nihil commodi, aut iuris tribuat legato, ista formula superuacua esse videtur. SNEEDORF l. c. §. 5. p. 178. IVGLER l. c. §. 7.

D 2

§. XXVII.

§. XXVII.

An formula
rogationis
debeat ad-
mitti.

Accedit tunc rogatio, qua fidem legato suo expetit (§. III. Schol.) mittens, et secundum decorum gentium (§. XXI) concinnis verbis additur precario, ut potissimum illis declarationibus fidat alter, quas de studio et singulari amicitia et prolixa voluntate mittentis testaturus est legatus. Quae omnes determinationes, diuersa relatione principum, tam respectu caerimonialis, quod inter se obseruant principes, quam respectu mutui comodi et amicitiae, valde variantur.

§. XXVIII.

Quid circa
exordium
et conclusio-
nem monen-
dum.

Vsu receptum est, ut semper accedat exordium litteris credentialibus, vtrisque, cancellariae nimirum et manus commune, quod vbique expositiones desiderii conseruandae mutuae amicitiae et prolixae voluntatis sparsit (a). Conclusio autem in litt. cred. cancellariae instituitur, modo cuiusuis dignitati et praecedentiae conuenienti. Bonis verbis et votis se valere iubent, et impares dignitate et potentia offerentes studia sua se alterius benevolentiae commendant. Repeti quoque debent verba alloquutionis in casu vocatiuo, vti in salutatione (§. XXIII.), quem statim deinde excipit in continuata eadem linea dies, siue datum (b).

(a) SNEEDORF *Part. spec.* p. 172.

(b) *ID. P. Gen.* p. 48.

Schol. Dabimus exemplum nostrorum assertorum. In T. m. 100. *der europaischen Staatskanzlei* p. 421. litterae credentiales *Onslovi Burrisch*, legati britannici sic exordiuntur: *Cum Antecessores Nostri, Magnae Britanniae reges, pro antiquo illo studio, quo Sacrum Romanum Imperium omni tempore sunt profecuti, saepius e re censue-*
rint,

nunt, Ministri publici praesentia atque officis, praeclarani suam erga celeberrimum Imperii Concilium animi inclinationem coram testari: Nos sane qui haud minori affectu in Imperium Germanicum amicitiae non absolum, ita et communi commodorum nexui, rerumque necessitudini aptum et congruens fore, existimauimus, si per Ministrum, nostro nomine missum, Consultissimo Confessui Vestro hac quoque ex parte palam faceremus, quam procliuius in partem Curarum Vestrarum veniamus. etc. Conclusio ita se habet: Quod superest, Vos Diuini numinis tutelae commendamus. Dabuntur in Palatio nostro, apud Hannoveranam die $\frac{1}{2}$ mensis Octobris, anno Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo, Regni nostri vigesimo quarto. etc.

§. XXVIII.

Subscriptionem, quam latiori significato sumimus (§. XVI.), hac ratione determinat ius gentium positi-
uum, vt, quod ad cortesiam, illa non debeat omitti in epistolis ad aequales exaratis; si contemtus suspicio euitari debeat. Sed differt tamen pro mutua relatione inter scribentem et alterum. Ipsa vero subscriptio nominis et cortesiae quaestionem mouet, vtrum illa ab ipso mittente seu principe, cuius auctoritate litterae credentiales exaratae sunt, fieri debeat? Affirmamus hoc, prouocantes ad ius gentium europaeum, saltem de subscriptione nominis; quamuis concedamus, cortesiam hanc ob rem suis dubiis premi, quae nobis persuadent, hoc de illa afferri non posse. Non sumus nobis ipsi contrarii, statuentes, secundum ius gentium naturale perinde esse, vtrum subscribatur litteris credentialibus ab ipso principe, an ab alio (§. XV.). Nam vsus et hic legem praescripsit, cuius violatio sane efficit, vt tum

laedatur honor alteri debitus, tum et omni probatione auctoritateque hae litterae destituantur. Teste enim *Perill. L. B. de CRAMER, tessera fidei non sunt, quin potius ansa ad varias fraudes*, si subscriptio a principali neglecta fuerit, et alteri reipublicae contemptum pariunt (a). Contrafraternitatem (§. XVI. Schol.) plerumque in litt. credent. admittunt, sed num tam necessaria sit, quae nunquam possit abesse, non credimus; quum satis sit probationis subscriptio ab ipso principe manu sua facta, nec omisso contrafraternitatis contemptio quaedam esse videatur (b).

- (a) Cf. *EIVSD. Spec. III. v. s. Phil. Wolf. in Iure*; cui responsum Ordinis ICtorum Marburg super hac re adiunctum est. Cuius rei quoque inuenitur responsum in *ESTOR. Dissert. de iure post. litt. cred.*
 (b) *VICQVEFORT l' Ambassadeur, Lib. I. sect. XV.*

Schol. In litteris cancellariae, quas inferiores superioribus scribunt, titulum scribentis non collocari in formula initiali seu alloquutione, sed demum in fine epistolae, iam monitum est (§. XXIII. Schol.), quod si autem sit, demum post datum, ut vocant, et ante subscriptionem ponitur. Epistolis, quas rex Galliae ad Pagos helueticos dat, immediate nomen suum subscribit, sine vlla adhibita correctia. *SNEEDORF l. c. p. 52.* Quaeritur adhuc, utrum deceat postscriptum, ut vocant, addere? Affirmamus hoc, quum exempla omnino exstant, ubi id factum est. Hinc in illud animaduerti non posse, autumamus. Cf. *MOSERI Einleitung zu den Kanzlei-geschaeften p. 344.*

§. XXX.

Quid de Monuimus iam (§. XVIII.) diuersum esse usum *idiomate sta-* guarum in scriptis procerum. Et disceptationes de *tuat ius* adhibendo sermone in scriptis hisce, hodie admodum *gent. positiu.* frequentes sunt, quo attentiores iam sunt gentes ad distinguenda praesstantiae et dignitatis criteria. Valent autem

autem hic etiam omnia, quae de vſu ſermonis ſ. idiomatis ius naturale praefcribit (§. XVIII.). Reſpiciendum tamen omnino eſt ad conſuetudinem, ad rationes et indulgentiam alterius aulae et ad expreſſa pacta, quae ea propter ſaepe celebrantur. Multum enim conceditur interdum et circumſtantiis politicis et aliorum principum potentiae atque auctoritati. Si igitur diuerſo ſermone vtuntur, ſcriptum authenticum in illam linguam ſaltem traduci debet, quae eſt lingua aulae vel ſtatus eius principis, cui litterae credentiales reddentur: Requiritur tamen, vt tali translato etiam teſſerae fidei et probationis adiciantur.

Schol. Plura hac de re legi poſſunt in eleganti tractatu, quem celeb. MOSER edidit: *Abhandlung von Hof- und Staatsſprachen.* - - In Germania obſeruantia haec diu vigit, vt in rebus imperii, ſemper germanico, vel latino idiomate vſi ſint. Quod vt ſemper firmiſſimo modo obſeruetur, Imperatores inde a Carolo V. regnantes, in capitulationibus ſanctiſſime promiferunt. Quamobrem legati ad imperium miſſi tenentur, hoſce mores Germanis vſitatos ſequi, vt litteras fidei et poteſtatis, ſtilo idiomatico Imperii conueniente, ſecum afferant, aut ad minimum verſionem authenticam a principe obſignatam exhibeant. TREVER *de iure circa legat. exter. in comitiis. Illuſtr.* MOSER. *vermiſchte Schriften*, et ibi *Abhandl. von dem Rechte der deutſchen Sprache*. p. 398.

§. XXXI.

In ipſa epiftola cancellariae ſemper in plurali numero de ſe ſcribunt principes (§. XXI.): hinc id etiam in litteris credentialibus huius generis (§. XXII.) fieri debet. Loquutiones abſtractae ſ. curialia, ſic confici debent, quemadmodum ratio litterarum cancellariae, quae hac

Quid circa ſtilum debet at obſeruari.

haec in re accuratior est, id requirit. Ceterum sili ratio in litteris cancellariae ea potissimum habenda est, quae accommodata est diuersae principum relationi, et consueto generi scribendi in cancellariis vsitato, (*Kanzleisil.*) (§. XVIII). Omnes enim imperantes quidem, quod ad libertatem et independentiam pares sibi sunt, sed differunt tamen praecedentia et dignitate. Et haec subest causa, cur dignitate inferiores, scribendo superioribus, notas obseruantiae, studii et existimationis cuiusdam immisceant, sed circumspecto hoc modo, vt ne vnquam subiectionis speciem prae se ferre videantur. Superiores obseruantes quidem semper genus scribendi conforme suae cuiusuis dignitati, tamen vtuntur terminis semper conuenientibus illi, qua pollent inferiores, auctoritati; licet in huiusmodi litteris credentialibus, vbi toto suo titulorum et praecedentiae lumine fulgent, non adhibeant genus scribendi tam come et familiare, ac in litteris manus. Aequales denique sibi inuicem illum stilum in scriptis sequuntur, qui cum summo, quo vterque gaudet, imperio et perfecta sua aequalitate consistere potest. Ex hisce, iisdemque, quae iam in praecedentibus adduximus, apparet, stilum in litteris credentialibus, quae in cancellaria expediuntur, sic comparatum esse debere, vt toti splendori et ambitui caerimonialis, i. e. dignitatis et praestantiae, suo modo conueniat.

§. XXXII.

Quid sit
calligraphia
in litter.
cred.

Est nec minoris momenti in scriptis publicis et litteris credentialibus *calligraphia*, per quam hic intelligimus modum aptae et venustae scriptionis. Sed latiori sensu vocem sumere volumus. Versatur igitur illa in for-

formandis et rite collocandis litterarum ductibus seu characteribus; in materia, ex qua illi confici et in materia, cui inscribi et inferi debent. Respicendum autem hic semper est, ne quid vnquam admittatur iuris naturae regulas offendens.

Cf. Celeberr. MOSERI Staatsgrammatick P. I. C. 6.

Schol. Non debent tricis adnumerari, quae hic adferimus; quum interdum non minori pertinacia de illis rebus disputetur, quam de ipso capite negotii. Sed tenendum est: quo praestantior et superior ille est, cui scribitur, eo maius spatium inter salutationem et ipsum initium scripti, eoque maior margo poni debet. Porro vtuntur vulgo colore nigro, quem atramentum vocant, ad pingendos characteres; sed referunt, titulos honoris in litt. credent. ad Russorum, Turcarum aliarumque gentium orientalium dominos ex cancellaria imperiali datis, litteris auro et vario colore distinctis ornari. Cf. MOSERI Staatsgrammatick l. c. MOSERI Einleitung zu den Kanzleigeschaeften p. 269. seqq. Materia in qua scribuntur litterae seu scriptura est charta, sed maioris formae in litt. credent. cancellar. quam in litteris manus. Cf. vtrumque illustr. MOSERVM ll. cc. SNEEDORF l. c. p. 55.

§. XXXIII.

Quum et consuetudine et pactis fulciatur caerimoniale; obligatio quaedam illius observandi adest. Verum occurrit adhuc quaedam ciuilitas in scriptis principum, non pertinens ad hoc caerimoniale; hanc dicimus, *elegantiam moris aulici* (*Staatsgalanterie*). Facile patet, vt ad hanc nulla sit obligatio, nec possit in consequentiam trahi, si vna vel altera vice illam in litteris credentialibus erga se inuicem proceres obseruauerunt.

Quid sit elegantia moris aulici.

E

Schol.

Schol. Si e. g. princeps alteri maiorem honorem in titulis impertitur, illi non competentem, aut si stylo ciuiliore scribit, obseruat hanc elegantiam moris aulici. Cf. *celeb. MOSERI kleinè Schriften Tom. I. p. 77.*

§. XXXIII.

Quid obseruandum in complicandis et obfignandis litt. cred. et de earum inscriptione.

Quod ad *complicationem* litt. cred. cancellariae attinet, illa eodem paene modo fit, qui in epistolis aliis complicandis obseruatur. In *obfignandis* illis ad id attendi debet, signaculum hoc modo adponi, vt apertae manent litterae, quo legatus eas cum illis, quorum interest communicari ante queat, quam illae principi in publico auditorio tradantur. Signantur autem maiori signaculo (a). In *inscriptione* denique, quae tergo vel in uolucro epistolae imponitur, exprimendi sunt omnes tituli dignitatis et prouinciarum (*Schol.* §. XXI.) illius ad quem epistola exaratur.

(a) SNEEDORF *l. c. p. 55. et 183.*

§. XXXV.

De litteris credent. quas litter. manus appellant.

Quae haectenus disseruimus ad litt. cred. quadrant, quae formam litterarum cancellariae induunt, quod plerumque fit. Restat adhuc altera earum species, quae litteris manus adfiscuntur. Qui dignitate inferiores sunt ad superiores litteras manus dant (§. XXI.), id quod interdum faciunt superiores scribendo ad inferiores, prolixae suae erga illos voluntatis declarandae causa. In litt. credent. quae sub hac specie comprehenduntur (§. XXII.) cessat uerbosior ille circuitus titulorum; omititur saluatio (§. XXIII.) et allegatio praedicatorum honorificorum ipsius scribentis; ponitur solus casus uocatius

tius alloquutionis (§. XXIII.). Stylo familiari et amicitiori sibi scribunt principes, semperque loquuntur de semetipsis numero singulari. Loquutiones abstractae qualitatum et praestantiae rariores apparent (§. XXI. Schol.). Si ad inferiores tradi debent litterae, genus scribendi civile et comite est, secus ac in litteris cancellariae (§. XXXI.). Conclusio assimilatur consuetudo illi modo epistolas finiendi, quem saltem diuersa relatio praestantiae et dignitatis variat, atque combinatur cum ipsa epistola et subscriptione, quae proxime ipsi epistolae, et datum in altero latere adponitur, vti moris est in vulgaribus litteris. Cortesiam officiosorem et elegantiores adhibent, quam in litteris cancellariae (§. XVI.). Nullam hic quoque contra-signaturam inuenies. Inscriptio, quae hic inuolucro imponitur, breuior et similis est titulis alloquutionis. Chartam minoris formae, quam *Cavalierpapier* siue *Postpapier*, appellant, sumunt. Complicantur litterae manus, vti vulgares epistolae, et plerumque inuolucro teguntur. *Signaculo minori*, quod *secretum* (*Secau privé*) vocant, obsignantur. Quid de lingua, in qua conscribi debent, teneri debeat, id iam ex adductis (§. XXX.) satis constat. *Calligraphiae* (§. XXXII.) etiam suo modo ratio habenda est.

Conferri hic debent, quae *celeb. SNEEDORF Parte Gen. Cap. II. et vterque celeb. MOSER in Einleitung zu den Kanzleigesehaften it. in Versuch der Staatsgrammatick* commentari sunt.

Schol. Sic e. g. in alloquutione simpliciter ponitur: *Monsieur, mon frere* s. *Monsieur, Madame ma soeur* etc. et in subscriptione: *Monsieur mon frere*

Voire s. *de Votre Majesté le bon frere et ami.*

vel alio modo, quem differentia dignitatis suadet.

§. XXXVI.

Animadver-
sio litter.
cred. quid
sit.

Animadversionem litterarum (*Abdung eines Schreibens*) nominamus declarationem displicentiae super litteris. Locum habere potest, vbi vel *mendose* i. e. contra formam arbitrariam (§. XI.) siue contra obseruantiam et regulas in cancellariis consuetas: vel *indecenter* litterae conficiantur, i. e. impingendo aduersus relationem et disparitatem, quam dignitas diuersa posuit. Fit haec declaratio vel verbis, vel scriptis, vel aliis factis, et litterae in quas instituitur, vel accipiuntur, vel plane non; vel accipiuntur quidem, sed remittuntur.

Schol. Hanc materiam diserte exposuit *celeb. MOSER* in tractatu; *Abdung fehlerhafter Schreiben.*

§. XXXVII.

Cautelae in
litt. cred.
obseruan-
dae.

Multa igitur obseruari debent, ne litterae *credentiales* defectu quodam laborent, et proinde reiiciantur. Remedia quibus animadversioni *litt. credent* (§. XXXVI.) occurritur, *cautelae* nominamus. Pertinet ergo hic potissimum:

I) ne allegetur titulus, quem princeps aliquis adsumit, nondum probatus in aula, vbi legatus commoratur.

II) ne allegetur titulus, qui aliquam speciem praefensionis in alterius terras inuoluere potest, nisi de hac re specialiter pacti inter se sunt principes.

Schol. Hac in re exactissima quaedam attentio adhibetur; ita vt vel propter signa abbreviationum bella suborta sint. Exemplum tale profert *MOSER* in *der Staatsgrammatik* p. 268. vbi inter reges Sueciae et Poloniae bellum solum.

modo super quibusdam *et etceterationibus*, vt Puffendorf in reb. brand. se exprimit, enatum est.

III) ne quid omittatur ex titulis alterius, curialibus, cortesia cer. ad quem ire legatus iussus est.

III) ne aduersus stylum et idioma quid peccetur, quod iam pacto, vel obseruantia, vel etiam iure naturali confirmatum est.

V) ne insigne quoddam, quod alter denegat, in signaculis reperiat.

Signatae tabulae: feliciter dictum.

TANTVM.



PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DISSERTATIONIS HVIVS AVCTORI,

S. P. D.

PRAESES.

Nisi et aliae adessent causae, quae me mouent, iam *TVI* causa calamum arripiendi, vel haec unica sufficeret, ut suum cuique tribuatur; videlicet haec doctè conscripta dissertatio *TIBI*, non mihi. Licet enim auctor suasorque *TIBI* fuerim, ut de eo argumento, de quo disseruisti, differeres; nec non subsidia quaedam, quibus feliciter es usus, *TIBI* supeditauerim: *TVAE* tamen vnice debetur industriae haec dissertatio, quam mihi oblatam legi et relegi, ei vero aliquid addere, vel detrabere mihi religioni duxi. Quanta itaque sit *TVA* capacitas, ex hoc specimine abunde perspexi, et hinc, non quia mos ita fert, sed quoniam habeo veram gratulandi causam, *TIBI* ex animo gratulor. Ex animo etiam impenseque laetor, quod mihi liceat *TE* in cathedram deducere, cum nempe locum, ubi et ingenii et doctrinae et linguae vires palam periclitari et experiri, quantumque valeas, publice omnibus ostendere potes atque conuincere. Quod superest, Deum immortalem precor, ut bis virtutibus *TVIS* digna *TIBI* obuenant, et, ut me amare pergas, rogo. Dabam die *IV. Maii*

MDCCCLIII.

MON.

MONSIEVR,

Voici le jour qui va rendre glorieux les fruits des études, que vous avez cultivés et qui vont vous mériter l'ap-
plaudissement general. Cè seroit choquer le devoir
de l'amitié, de l'estime et de l'attention, que d'être insen-
sible aux justes recompenses de vos vertus, aux precieuses
marques d'amitié, dont vous m'avez toujours honoré et enfin
au doux commendement d'assister en qualité de témoin à la
gloire dont votre érudition consommée va être comblée; Cè
n'est donc que le ressentiment d'une ancienne amitié, qui m'oblige
d'accepter vos ordres et d'obéir à l'inclination que je sens de
vous marquer publiquement la joie que j'ai, de vous voir soutè-
nir vos Theses avec une facilité, qui n'est propre qu'à des per-
sonnes de vôtre capacité. Il ne me reste, qu'à vous offrir les
vœux, que je forme pour vôtre prospérité, implorant le Ciel
de vouloir la rendre parfaite et constante. J'ai l'honneur
d'être avec la plus vive estime.

MONSIEVR,

à Halle
le 3. Mai
1753.

Vôtre très humble et très obeissant Serviteur.
GEORGE GVSTAVE BARON
DE MAYDELL,
Opposant.

MON.

MONSIEVR,

Sensible à l'honneur que Vous me faites de me mettre au nombre de ceux, qui en Vous proposant leurs doutes ne peuvent que s'attendre à des résolutions aussi justes que savantes, je me conforme avec plaisir à ce que Vous exigez de moi. Tout ce que je crains, Monsieur, c'est de ne pas répondre assez parfaitement à l'idée que Vous avez conçue de moi. Cependant je me flatte, que les témoignages d'amitié que Vous m'avez donnés, suppléeront à ce qu'il pourra y avoir de defectueux dans mes objections. Comme Vous ne doutez pas des sentimens, que j'ai pour Vous, je ne méterai pas sur tout ce que je Vous souhaite d'heureux, me bornant à Vous protester, que je suis avec une parfaite estime,

MONSIEVR,

à Halle
ce 5. May
1753.

Votre très humble et très obéissant Serviteur.

FREDERIC GVILLAVME AVGVSTE
DE SELLENTIN,
Oppolant.

SIGNOR!

Non è espressiva la gioja, e il contento, che m'apporta la sua sì celebre come erudita dissertazione, quale è applaudita non sola dai suoi più intrinseci, e strettissimi Amici, ma anche da quei, con quali passa una più lontana conoscenza; Adunque con quali augurii mai può la mia penna distendersi à un simil elogio di sua erudizione; Ab volesse Iddio! che potessi palesare al Mondo le belle prerogative, che possiede un animo, ch'amo più d'ogn altra cosa, e à cui desidero tutte quelle prosperità, ed allegrezze, che sa meritare una sì gentil Persona. Accetti pure, ò caro, queste mie espressioni, quali tant men' dotte sono, quanto più vivo escono dal profondo del mio Cuore, quale si trova ad ogni momento ossequioso alla sua grazia, nella quale la prego volermi conservare

di V. S.

in Halla
li 3. Maggio
1753.

obbedientissimo Servo,
C. C. J. DI WEILER.
del Ducato di Clivia
Opponente.

E

NOBI.

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
AVCTORI ET RESPONDENTI

S. P. D.

ARNOLDVS CHRISTIANVS STRVVE,
BEROLINAS, OPPONENS.

Si quid est quod voluptatem mihi adfert, certe Tua est amicitia, cui ego, crede mihi, nihil antepono: Non parum itaque gaudeo, quod occasionem nanciscar solemniter Tibi testificandi, quati eam aestimo. Munus Opponentis, quod mihi demandare Tibi placuit, non sine aliquo metu accepto: si enim inspicio thema disputationis, si Tua eruditio eximia mihi venit in mentem, si denique vires meas exiguas perpendo, praecipue in Jure publico, ejus me valde ignarum adhuc esse, taceus confiteor, omnem amitto animum; sed ut etiam hac in re voluntati Tuae obtemperem, virium mearum periculum faciam; Pugnabo Tecum sed valde imparibus viribus, gloriae tamen est, ab adversario animoso et docto vinci. Gratulor Tibi specimen, quod hodie de Tua eruditione haud mediocri in lucem edis, gratulor patriae civem dignum imo dignissimum. Faxit summum numen, ut res Tuas semper feliciter agas, accipias praemia Tuae eruditionis, quae pro meritis Tuis certe non erunt exigua. Si et ego in posterum Tua amicitia, Tuoque favore dignus sum, a Te peto, ut illo me complectaris. Vale. Dabam Halae die VII. Maii
M D CC LIII.

Secund,

Freund,

Laß Thoren falsche Götter ehren,
Laß sie blind bei ihrem Altar schwören,
Wenn geborgter Glanz der Götzen ihnen
Reizend geschienen.

Götter, die nicht Stein und Marmor bilden,
Die des Künstlers Hände nicht vergülten,
Sondern die, an deren Dienst, wie Heiden,
Christen sich weiden.

Unser Herz soll nur das höchste Wesen,
Dessen Abdruck wir in Geistern lesen,
Dessen Macht uns tausend Welten lehren,
Brünstig verehren.

Laß den Spötter aus verkehrten Herzen
Mit Religion und Sünden scherzen,
Komm, wir wollen unsre heiligen Pflichten
Freudig verrichten.

Laß den Stolzen alle Welt verachten,
Und nach eingebildter Ehre trachten,
Solt er sie auch von den niedern Haufen
Lasterhaft kaufen.

Wir verfolgen zwar die Ehrbegierde,
Doch reizt uns der Demuth stolze Zierde.
Laß uns wünschen: eitel Ehre Schimmer
Blende uns nimmer!

Denn was ist es, als sich selbst schänden,
Wenn man, um den Pöbel nur zu blenden
Und im lärmendem Geräusch zu leben,
Sucht sich zu heben?

Laß den Geizhals andrer Schweiß erpressen
Und des Mitleids zart Gefühl vergessen
Laß ihn Derter fliehn, wo Arme gehen,
Weinen und Flehen.

Freund wir wollen Reichthum nie erbitten;
Will uns Gott mit Gütern überschütten:
So soll unser Herz sich frommer Armen
Liebreich erbarmen.

Sieh wie dort der Lüste Liebling lärmet,
Taumelnd am Verderbensrande schwärmet
Und ihr Gift, das schön im Glase blinket,
Hitziger trinket.

Laß ihn sich in Wollust nur berauscher,
Unsre Freude wird mit ihr nicht tauschen;
Denn wir fühlen Lust, die ohne Sünden
Menschen empfinden.

Freund, das Laster muß doch einmal trauren
Aber Tugend darf man nie bedauern.
Dieser Leitstern müsse vor uns stehen
Wo wir auch gehen.

Doch wo ist der, der ihr treu verbleibet
Wann nicht Gott den Vorsatz unterschreibet?
Dessen Kraft muß sich in uns ergießen
Und um uns fließen.

Laß die Einfalt Wissenschaft verachten,
Kann die Einfalt auch nach Gütern trachten?
Uns soll doch die Wissenschaft ergehen,
Weil wir sie schätzen.

Du giebst jetzt davon die besten Proben;
Soll ich Dich in Deinem Fleisse loben?

Nein,

Mein, um Dir mein offnes Herz zu zeigen,
Will ichs verschweigen.

Meine Liebe brennt in heißen Flammen,
Freund, vereinge Dich mit mir zusammen;
Mein Herz klopft und wallt in starken Schlägen
Schon Dir entgegen.

Ach daß uns der Himmel niemals trennte!
Daß mein Staub sich mit Dir mischen könnte!
Gott, laß uns, soll einer von uns sterben,
Zusammen sterben.

Berlin den 24. April
1753.

F. G. Lüdke
d. G. G. B.

Wie prächtig blüht ein Lenz, voll blumichter Vergnügen,
Wenn ihn der Freuden Heer umfließt,
Das junge Düsse trinkt, die in den Lüften fliegen,
Und sie in frische Blumen gießt?

Weit schöner ist der Kranz, der die bemühte Jugend
In ihrer Söhne Scheitel ehrt.
Wein! er verdorret nie mit der verwelkten Jugend,
Der ehlen Thaten ewig wehrt.

F 3

Ca



Es wächst durch dessen Hand, der Lenz und Jugend schmückt,
Ein neuer Lorbeer groß daher.
Fern sieht der Jüngling ihn; von solcher Pracht entzückt
Wird ihm die Jugend nun nicht schwer.

Dann hemmt ein höherer Trieb das flüchtige Geblüte
Und Fleiß und Jugend wächst zum Mann.
Nun ist sein Lobeer reif; sein frömmstes Gemüte
Nimmt ihn voll heiliger Ehrfurcht an.

Der wahren Jugend Freund weicht er im reinen Herzen
Der Großmut Opfer und Altar.
Beim Glücke sieht er noch auf seines Freundes Schmerzen
Der immer zärtlich um ihn war.

Er küßt der Freunde Bild, wenn sie ihm Wunsch und Lieder
Hinauf zum holden Himmel weihn.
Die Jugend, Eisenberg, blüht dir im Glücke wieder
Und ewig muß dies Glück dir sein.

Bei dem Abschiede seines Freundes schrieb dieses

Johann August Schuler.

aus Stendal. d. G. B.



ULB Halle
002 612 259

3





DISSERTATIO IVRIS GENTIVM
DE

**FORMA LITTERARVM
CREDENTIALIVM
LEGATORVM**

QVAM
PRAESIDE
VIRO EXCELLENTISSIMO, CONSULTISSIMO ET
DOCTISSIMO

D. DANIELE NETTELBLADT

AVGVSTISS. PRVSS. REGI A CONSILIIIS AVLICIS, ET
PROFESSORE IVRIS ORDINARIO
IN ALMA FRIDERICIANA

DEFENDET
EIVS AVCTOR
FRID. IOANN. EMANVEL EISENBERG
STENDALIENS.

AD DIEM MAII MDCCLIII.

HALAE MAGDEB.
LITTERIS IOANNIS CHRISTIANI HILLIGERI.

De forma litterarum credentialium

1753 86 74

18

5

